MONUMENTA
GERMANIAE

Post cunradinus. Mortuo friderico
imperatore et cůnrado, filio suo, surrexit
cůnradinus, filius cunradi et nepos
friderici, volens regnare sicut prede-
cessores duces suevie, qui plus quam
centum annis regnabant. Cum
autem idem cunradinus breviter reg-
nasset, cum magno exercitu intrabat
apuliam et ibidem a mauricio, rege
apulie, capitur et decapitatur. Et sic
imperium ab illa progenie est abla-
tum. Post hec per multos annos nec
rex nec cesar imperavit, et tamen per
principes et dominos terre bona pax
fuit.
M duo c. Sequitur de rege rudolfo.
Hic nota, quod a tempore Karoli mag-
ni usque ad cůnradinum filii regum
seu ducum eligebantur in reges, futuros
imperatores. Sed postquam progenies
ducum suevie defecit et desiit esse
et imperium pluribus annis caruit,
sed gubernatore, principes electores
congregati in unum anno domini
mcclxxiii comitem růdolfum de
habsburg virum strenuum, firmum
et magnanimum et in multis fac-
tis fortunatum in regem romanorum
elegerunt. Sed hic ad imperium non
ascendit. Sub quo anno domini